

Google

ADDITAMENTUM

IN

F. G. W. STRUVE

MENSURAS MICROMETRICAS

STELLARUM DUPLICIUM

EDITAS ANNO 1837,

EXHIBENS

MENSURAS DORPATI ANNIS 1837 ET 1838 INSTITUTAS.

ADJECTA EST DISQUISITIO DE PARALLAXI ANNUA STELLAE α LYRAE.



PETROPOLI,

1840.

ADDITAMENTUM

IN

F. G. W. STRUVE

MENSURAS MICROMETRICAS

STELLARUM DUPLICIUM

EDITAS ANNO 1837,

EXHIBENS

MENSURAS DORPATI ANNIS 1837 ET 1838 INSTITUTAS.

ADJECTA EST DISQUISITIO DE PARALLAXI ANNUA STELLAE α LYRAE.

(Conv. exhib. die 27. Sept. 1839.)

Mensurae micrometricae stellarum duplicium non solum dum opus mensurarum sub prelo esset, sed etiam postea, ad mensem Augustum anni 1838 usque, in specula Dorpatensi per magnum Fraunhoferi tubum sunt continuatae, vel me ipso, vel filio Ottone observante, quem mensuras micrometricas aequali fere certitudine perficere compertum habueram. Eo vero tempore peregrinatio curaeque aliae pro specula Pulcoviensi mox aperienda susceptae mensurarum finem poni jusserunt. Initio deinde anni 1839 Dorpatum prorsus reliqui.

In hoc jam Additamento labores hos astronomis trado, ut quidquid Dorpati de stellis compositis usque ad id tempus, quo a specula discesserim, peractum sit, publici fiat juris.

Dispositio sequentium prioribus est similis, eo excepto, ut jam et tempus sidereum cujusque mensurae sit appositum, et literae O. St. in postrema columna adjectae eas designent observationes, quas Otto Struve perfecit.

In calce operis omnes mensuras inter αLyrae et comitem exiguam ad parallaxem majoris cognoscendam per triennum a 1835 ad 1838 institutas composui et novo examini subjeci.

Scripsi in Specula Pulcoviensi die 2 Octob. 1839. W. Struve.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines	
23. ANONYMA. $\alpha = 0^h 8',4$. $\delta = -0°38'$. P. 171. 281.						
1837,82	$0^h 14'$	320	12",68	0°,2		
	*		*	*		

Deminutionem distantiae indicavi p. 171 *secundum formulam* 13",303 — 0",104. (*t* — 1832,13), *quae pro* 1837,82 *dat distantiam* 12",71 *ad* 0",03 *cum observata distantia convenientem.*

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines	
1110. CASTOR. $\alpha = 7^h 23',5$. $\delta = 32° 15'$. P. 92.						
1838,33	$10^h\ 0'$	480*	4",86	255°,3		O. St.
	10 7	480*	4,75	254,0		
1838,34	10 15	480*	4,84	254,2		O. St.
	10 25	480*	4,84	253,6		
1838,34	10 30	480*	4,76	255,4		
	10 40	480*	4,80	253,9		O. St.
Medium 1838,34			4,808	254,40		
1223. φ^2 CANCRI. $\alpha = 8^h 16',3$. $\delta = 27° 30'$. P. 92.						
1838,34	$10^h 30'$	480*		214°,1		
			Coelum repente nubibus obducitur.			
1838,34	11 5	480*	4",92	214,8		
	11 15	480*	4,73	214,0		
Medium 1838,34			4,825	214,30		
1263. ANONYMA. $\alpha = 8^h 33',7$. $\delta = 42° 19'$. P. 93. 285.						
1837,39	$11^h 30'$	480*	10",77	11°,6		
			Observatio ob stellarum debilitatem minus certa.			
1838,34	11 25	480*	11,57	11,5		
	11 35	480*	11,69	12,2		O. St.
	*		*	*		

Totum schema relationum inter has stellas mediarum pro singulis annis acceptarum jam hoc prodit.

Epocha	Distantia = e	Angulus = P	Pondus	$e \cdot \cos P = x$	$e . \sin P = y$
1828,36	4",860	359°,00	1	+ 4",859	— 0",085
1829,36	5,430	4,12	2	+ 5,416	+ 0,390
1831,31	7,080	4,95	2	+ 7,054	+ 0,611
1832,33	7,455	7,27	2	+ 7,395	+ 0,943
1833,29	7,973	8,00	3	+ 7,895	+ 1,110
1834,36	8,933	8,40	3	+ 8,837	+ 1,305
1835,35	9,595	9,29	4	+ 9,469	+ 1,549
1836,41	10,325	9,60	2	+ 10,181	+ 1,724
1837,39	10,770	11,60	1	+ 10,550	+ 2,166
1838,34	11,630	11,85	2	+ 11,382	+ 2,388

Ex quibus, motu relativo rectilineari et uniformi accepto, Otto Struve *sequentia deduxit elementa secundum methodum quadratorum, respectis variis ponderibus:*

pro 1833,50 *relatio media* $x = + 8'', 215$, $y = + 1'', 140$,

motus annuus in x $+ 0,6533$, *in* y $+ 0,2280$;

seu pro epocha t:

$$x = + 8'',215 + 0'',6533 (t - 1833,5); \quad y = + 1'',140 + 0'',2280 (t - 1833,5).$$

Ex formula hac jam e et P evadunt sequentes, quarum differentias ab observatis subjungo:

e	P	de	dP	$e . \sin dP$
4",859	359° 37′	+ 0",001	— 37′	— 0",052
5,515	2 2	— 0,085	+ 2° 5	+ 0,200
6,815	5 24	+ 0,265	— 27	— 0,054
7,502	6 41	— 0,047	+ 35	+ 0,072
8,151	7 42	— 0,176	+ 18	+ 0,043
8,878	8 39	+ 0,055	— 15	— 0,039
9,551	9 25	+ 0,044	— 8	— 0,022
10,274	10 6	+ 0,051	— 30	— 0,090
10,944	10 40	— 0,174	+ 56	+ 0,178
11,595	11 9	+ 0,035	+ 42	+ 0,141

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines	

Differentiae vero sunt tam exiguae, ut absque dubitatione pronunciemus, motum relativum per 9,98 *annos prorsus uniformem fuisse, nec ullam in eo manifestari a linea recta deviationem. Aut itaque motus apparuit proprius, aut accipienda est orbita valde excentrica.*

1356. ω Leonis. $\alpha = 9^h 19',0$. $\delta = 9^\circ 50'$. P. 3. 285.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines	
1838,30	$9^h 50$	800*	Stella per amplificationes 480 et 800 simplex, vel exigua fortasse formae oblongae suspicio. At aer non satis favet.			
1838,33	10 20	800*	Stella paululum oblonga, ita ut ratio diametrorum sit 5 : 4.			
•			170° 190			O. St.

1476. Anonyma. $\alpha = 10^h 40',1$. $\delta = -3^\circ 6'$. P. 19.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines	
1838,33	$10^h 45'$	480*	2",11	353°,8		O. St.
	10 50	480*	2,09	354,5		
Medium 1838.33			2,10	354,15		

* * *

Pro 1832,61 *inveneram ex tribus mensuris distantiam* $= 1'',890$ *et angulum* $= 353^\circ,67$. *In angulo nulla apparuit mutatio, in distantia vero levis st indicata fortasse.*

1516. Anonyma. $\alpha = 11^h 3',7$. $\delta = 74^\circ 25'$. P. 140. 286.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines	
1837,59	$17^h 30'$	480*	7",80	304°,1		
1837,63	18 4	480*	7,85	303,9		
1837,63	17 59	480*	7,69	304,0		
Medium 1837,61			7,780	304,00		

* * *

Tota series relationum per tubum nostrum magnum inter has stellas observatarum est haec:

Epocha	Distantia = e	Angulus = P	Pondus	x = e. cos P	y = e. sin P
1831,54	9″,930	298°,70	2	+ 4″,769	— 8″,710
1832,84	9,560	299,37	2	+ 4,689	— 8,332
1833,46	9,250	299,75	2	+ 4,590	— 8,032
1834,43	8,945	300,97	2	+ 4,603	— 7,670
1835,56	8,425	301,67	4	+ 4,423	— 7,171
1836,64	8,134	302,60	8	+ 4,382	— 6,853
1837,61	7,780	304,00	3	+ 4,350	— 6,450

Etiam hic motus relativus, sicut in stella 1263, *accipi potest nunc temporis per* 6 *annos prorsus uniformis et rectilinearis, ut calculus docet ab* Ottone Struve *perfectus, qui elementa relationis sequentia invenit*:

pro 1834,50 *relatio media* $x = +4'',551$, $y = -7'',634$,

motus annuus in x $-0,0786$, *in* $y = +0,3766$;

seu pro epocha t:

$x = +4'',551 - 0'',0786(t - 1834,50)$; $y = -7'',634 + 0'',3766(t - 1834,50)$.

Ex qua formula hae prodeunt e et P, quarum comparationem cum observatis hic addo:

e	P	de	dP	e sin dP
9″,973	298° 40′	— 0″,043	+ 2′	+ 0″,006
9,496	299 33	+ 0,064	— 11	— 0,030
9,267	300 0	— 0,017	— 15	— 0,040
8,912	300 45	+ 0,033	+ 13	+ 0,034
8,502	301 42	— 0,077	— 2	— 0,005
8,112	302 42	+ 0,022	— 6	— 0,014
7,765	303 41	+ 0,015	+ 19	+ 0,043

Admirabilis hic apparet observationum consensus, cum maxima discrepantia infra 0″,1 *sit. Quamquam jam observationes* 6,07 *annorum per motum rectilinearem effingantur, longe tamen absum ab eo, ut motum hic proprium locum habere judicem, cum probabilius videatur revolutionem in orbita valde ad directionem inclinata perfici. Sin motus proprius hic locum habet, minima distantia videbitur* 3″,44 *inter has stella circa epocham* 1851,5.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines	
1523. ξ Ursae maj. $\alpha = 11^h 8',8.$ $\delta = 32^\circ 30'.$ P. 20. 286.						
1837,46	$13^h 50'$	600*	1″,93	165°,3		
1837,47	14 10	600*	1,91	163,9		
1837,47	14 30	800*	1,94	165,5		
	14 40	800*		168,0		O St.
1838,40	13 35	600*	2,36	159,7		
	13 45	600*	2,46	161,3		O. St.
1838,40	13 25	600*	2,30	160,0		
	13 38	600*	2,31	159,4		O. St.
1838,41	13 25	600*	2,24	160,0		O. St.
	13 35	600*	2,16	160,2		
1838,44	13 25	600*	2,29	160,8		O. St.
	13 32	600*	2,19	160,0		
1838,44	13 40	800*	2,24	161,0		O. St.
1838,44	13 0	600*		161,4		O. St.
1838,45	13 55	600*	2,23	160,4		O. St-
1838,46	14 0	600*	2,15	160,7		O. St.
1838,47	14 40	480*	2,19	160,0		O. St.
Media 1837,47			1,927	165,32	ex 3 diebus	
1838,43			2,260	160,38	ex 9 diebus	
1536. ι Leonis. $\alpha = 11^h 14',8.$ $\delta = 11^\circ 29'.$ P 47.						
1837,39		480*	2″,41	90°,1		
1625. Anonyma. $\alpha = 12^h 8',0.$ $\delta = 81^\circ 6'.$						
1837,83	$19^h 38$	480*	14″,21	219°,1		
1837,84	19 44	480*	14,46	219,3		
	19 55	480*	14,18	218,9		
Medium 1837,84			14,283	219,10		

* * *

Pro 1832,24 *ex tribus diebus inveneram distantiam* = 14″,280 *et angulum* = 218°,77, *plane eosdem.*

*

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines	
1670. γ VIRGINIS. $\alpha = 12^h 32',8$. $\delta = -0° 29'$. P. 4. 287.						
1837,39		800*	0″,72	78°,0	certe minor	
			Stellae pro miraculo! cum aer favet, bene jam interdum disjunctae apparent.			
		800*		76,6		O. St.
1837,39		800*	0,65	77,2		
			Stellae aequales, vel sequens paulo minor; diametros utriusque stellae verticalis ob diffractionem paulo major horizontali. Stellae bene disjunctae.			
1837,40		1000*	0,70	81,0	certe minor	
1837,40		1000*	0,54	76,0	certe minor	
			Observatio certior etiam quam prioris diei.			
1837,41		1000*	0,50	78,7	minor	
			Stellae bene disjunctae.			
1837,46	$13^h 30'$	800*	0,40	76,6	minor	
			Stellae bene disjunctae.			
				79,2	certe minor	O. St.
1838,40	12 50	800*		51,8	certe minor	
		800*		50,6	minor	O. St.
			Stellae non satis hodie tranquillae ad distantiam mensurandum.			
1838,40	12 38	1000*	0,93	52,0	3. 3,5	
	12 50	1000*	0,84	50,8		O. St.
1838,40	12 35	800*	0,84	52,2		
	12 45	800*	0,83	51,6		O. St.
1838,41	12 50	800*	0,90	53,4	certe minor	
	13 0	800*	0,86	53,4	certe minor	O. St.
1838,42	13 0	1000*	0,87	50,8		
	13 5	1000*	0,75	50,6		O. St.
1838,43	12 45	1000*	0,74	47,9		O. St.
	12 55	1000*	0,79	51,0		
1838,44	13 0	1000*	0,70	50,3		O. St.
1838,44	12 45	1000*	0,73	50,5		O. St.
1838,44	12 45	1000*	0,77	51,2		O. Ss.
1838,45	13 35	1000*	0,75	49,8		O. St.
1838,45	14 0	1000*	0,72	50,4		O. St.
Media 1837,41			0,585	77,91	ex 6 diebus	
1838,43			0,801	51,08	ex 11 diebus	

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines	

* * *

Si relationes hae mensuris prioribus comparantur, minima distantia anno 1836 locum habuisse apparet, in qua tamen duplex natura semper indubie perspecta est ex figura oblonga. Notatu dignum est, stellam ex sejunctis compositam visam esse etiam anno 1835, oblongam dein anno 1836, et denuo anno insequente 1837 sejunctas imagines obtulisse, ita vero ut motus angularis inde a 1836,41 ad 1837,41 per integri anni spatium non minor quam 73°,66 fuerit. Luminis relativi mutatio etiam ex his observationibus manifesta est, cum discrimen 1837,39 fere nullum fuerit, et 1838,40 ad 0,5 scalae accreverit.

1694. CAMELOPARDALI 32 HEV. $\alpha = 12^h 48',0$. $\delta = 84^\circ 20'$. P. 187.

1837,84	$19^h 7'$	480*	21″,89	327°,4		

1728. 42 COM. BER. $\alpha = 13^h 1',6$. $\delta = 18^\circ 28'$. P. 4. 288.

1837,39		800*	0″,45	13°,7	*m*	
			Stellae in contactu, sed aer non prorsus favet.			
1837,39		800*	0,40	189,6	*aeq.*	
			Stellae lineola disjunctae. Utra major sit non liquet.			
1837,39		1000*	0,35	188,9		
			Stellae bene disjunctae, aequales.			
1837,40		1000*	0,35	191,7	*p. m.*	
1837,40		1000*	0,45	191,8	*aeq.*	
1837,41		1000*	0,37	10,2	*aeq.*	
			Bene disjunctae.			
1838,40	$13^h 8'$	800*	0,35	11,9	*m.*	
	13 20	800*	0,35	13,3		O. St.
			Stellae in contactu, interdum disjunctae.			
1838,40	13 0	1000*	0,35	7,3	*aeq.*	
	13 10	1000*	0,40	13,7		O. St.
			Stellae aequales, sejunctae.			

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines	
1838,43	$13^h 10'$	1000*	0",30	9°,5		
	13 15	1000*	0,40	13,3		O. St.
			Stellae aequales, certe disjunctae.			
Media 1837,40			0,395	10,98	ex 6 diebus	
1838,41			0,358	11,50	ex 3 diebus	

* * *

Mensurae hae cum prioribus p. 289 *compositis optime conveniunt. Nil vero certi hucusque de revolutionis periodo licet proferre.*

1821. $\varkappa$ Bootis. $\alpha = 14^h 7',2$. $\delta = 52°37'$. P. 168.

1837,70	$18^h 39'$	600	12",50	237°,7		

1888. ξ Bootis. $\alpha = 14^h 43',3$. $\delta = 19°49'$. P. 97. 290.

1838,47	$15^h 10'$	480*	6",78	326°,8		O. St.
1838,48	15 10	600*	6,92	327,4		O. St.
Medium 1838,47			6,850	327,1		

* * *

Relatio haec cum prioribus egregie convenit, inde ab 1836 *tam distantia quam angulo denuo deminutis.*

1306. σ^2 Ursae maj. $\alpha = 8^h 55',0$. $\delta = 67°30'$. P. 94. 285.

1838,47	$16^h 0'$	480*	4",54	261°,5		O. St.
1838,48	16 0	480*	4,38	261,8		O. St.
	16 10	480*	4,34	260,3		
Medium 1838,48			4,420	261,20		

* * *

Mensurae hae prioribus comparatae motum relativum in hoc systemate denuo confirmant.

1909. 44 Bootis. $\alpha = 14^h 58',0$. $\delta = 48^\circ 22'$. P. 49. 290.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines	
1837,63	$17^h 54'$	600*	3,34″	234,1°		
1837,70	18 26	600	3,48	236,1		
1837,84	19 0	480*	3,34	236,6		
1837,85	19 10	600*	3,40	237,3		
Medium 1837,75			3,390	236,02		

* * *

Et distantiae et anguli incrementa, qualia exspectabantur, apparent.

1937. η Coronae. $\alpha = 15^h 16',1$. $\delta = 30^\circ 56'$. P. 5. 290.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines	
1837,47	$14^h 10'$	800*	0,35″	94,1°		
1837,47	14 35	800*	0,37	93,7		
			Observatio certissima, stellae bene disjunctae.			
1837,47	15 0	1000*	0,40	93,8		
	15 5	1000*		96,1		O. St.
1837,63	17 41	1000*	0,42	99,5	5,5.6	
1838,42	13 30	1000*	0,37	111,8	5,5.6,2	
	13 35	1000*	0,30	116,1		O. St.
			Stellae disjunctae.			
1838,43	13 25	1000*	0,32	107,6		
	13 30	1000*	0,42	103,6		O. St.
1838,44	13 45	1000*	0,40	103,8		
	13 50	1000*	0,40	105,1		O. St.
			Stellae bene disjunctae.			
1838,44	14 10	1000*	0,35	105,5		O. St.
1838,45	14 25	1000*		103,4		
	14 35	1000*		106,5		O. St.
Media 1837,47			0,385	95,44	ex 4 diebus	
1838,44			0,366	107,04	ex 5 diebus	

* * *

Egregie hae relationes prioribus respondent. Deminuta distantia, augetur velocitas angularis. Probabile videtur stellas mox vix maximis amplificationibus sejunctum iri.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines

1938. P. XV. 74. $\alpha = 15^h 18',0$. $\delta = 37^\circ 56'$. P. 22. 291.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines
1837,70	$18^h 56'$	1000	0",90	315°,0	

* * *

Distantiae deminutio, qualis indicata erat, continuata est.

1967. γ Coronae. $\alpha = 15^h 35',5$. $\delta = 26^\circ 52'$. P. 5. 291.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	
1837,46		800*	Stella simplex.
1838,42	$13^h 44'$	1000*	Stella mihi simplex. Otto Struve paululo elongatam judicat in directione verticali.

* * *

Quarto jam anno stella haec, antea duplex observata, simplex est.

1998. ξ Librae. $\alpha = 15^h 54',7$. $\delta = -10^\circ 53'$. P. 22. 291.

A et *B*.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines
1837,47		800*	1",09	11°,9	
			Observatio optima.		
1837,55		800	1,09	13,1	certe minor
Medium 1837,51			1,090	12,50	

Medium inter *A* et *B*.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines
1837,47		800	7",56	74°,5	
1837,55		800	7,10	76,4	
Medium 1837,51			7,330	75,45	

* * *

Recentissimae hae relationes prioribus ad motus normam respondent.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines	
2032. σ CORONAE. $\alpha = 16^h 7',9.$ $\delta = 34°20'.$ P. 23. 292.						
A et *B*.						
1837,47	$14^h 45'$	800*	1,39″	140,9°		
1837,47	14 50	800*	1,37	140,3		
1837,47	15 20	800*	1,37	139,4		
1837,63	18 20	800	1,47	138,6		
1837,70	19 13	800	1,49	140,6		
1838,43	13 50	800*	1,42	142,2		
	14 0	800*	1,51	142,5		O. St.
1838,43	13 40	800*	1,45	144.0		
1838,44	14 8	600*	1,49	142,5		O. St.
	14 20	600*	1,45	143,7		
1838,44	14 30	600*	1,55	144,7		O. St.
	14 45	600*	1,45	142,9		
1838,45	14 50	600*	1,53	143,3		O. St.
1838,46	14 50	600*	1,52	143,8		O. St.
1838,48	14 40	600*	1,43	144,0		O. St.
Media 1837,55			1,418	139,96	ex 5 diebus	
1838,45			1,480	143,36	ex 7 diebus	
Medium et *C*.						
1837,63	$18^h 31'$	320	43,92″	88,55°	C = 11	
1837,70	19 16	320	44,32	88,55	C = 11	
Medium 1837,66			44,170	88,55		

* * *

Motus inter A et B sua lege quotannis continuavit. Quod ad relationem inter duplicem et tertiam exiguam C attinet, distantia 0″,4 aucta motui proprio duplicis, dum exigua in loco maneat, adscribenda videtur. Interim ex discrimine 0″,4 post singulum annum accepto non tuto judicare licet in stella observatu pro tenuitate tam difficili. Exspectandae sunt mensurae anni 1839 *seu* 1840, *quae rem certo dijudicabunt.*

2055. λ OPHIUCHI. $\alpha = 16^h 22',1.$ $\delta = 2°22'.$ P. 6. 292.						
1837,59		800*	1,03″	357,2°		
		800*		356,5		O. St.
Medium 1837,59			1,03	356,85		

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines	
2084. ζ HERCULIS. α = 16ʰ34′,8. δ = 31°55′. P. 6. 293.						
1837,47	14ʰ30′	800*	1″,10	177°,0		
1837,47	15 0	800*	1,06	176,0		
1837,47	15 30	1000*	1,07	178,1		
1837,85	19 28	800*	1,16	170,8		
1838,43	13 56	800*	1,00	168,0		
	14 0	800*		168,8		O. St.
1838,44	14 30	800*	0,97	168,5		
			1,12	169,3		O. St.
{ 1839,67	16 30		1,15	159,7		O.St. } Pulc. tub. mar
	16 40		1,18	161,1		
Media 1837,47			1,097	175,47	ex 4 diebus	
1838,44			1,030	168,65	ex 2 diebus	
1839,67			1,165	160,40	ex 1 die	(Pulcoviae)

* * *

Curiositatis caussa subjunximus hic primam mensuram micrometricam in nova specula Pulcoviensi per tubum maximum, cujus apertura est 14 poll. Franc., institutam, cujus talis erat virtus, ut uterque nostrum fateretur, nunquam nobis antea mensuram hujus stellae difficillime duplicis tali acumine esse perfectam.

Mensurae hae anguli deminutionem continuam egregie probant, simul vero hypothesin revolutionis 14 annis perfectae nullam esse manifestant. Nec prius certi aliquid, ni fallor, de periodo constituetur, quam comes ad directionem 69°,3, qua ab Herschelio I. anno 1782 visa est, reverterit.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines	
2107. HERCULIS 167. α = 16ʰ44′,8. δ = 28°57′. P. 23. 293.						
1837,70	19ʰ31	600	1″,04	158°,8	7.8,5	
1837,73	18 28	600*	1,16	156,6		
1837,79	19 14	600	0,96	162,3		
Medium 1837,74			1,053	159,23		

* * *

Angulus hic incremento indicato favet.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines	

2120. HERCULIS 210. $\alpha = 16^h 57',6$. $\delta = 28^\circ 20'$. P. 76. 293.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines	
1837,70	$19^h 37$	600*	2",91	359°,2		
1837,73	18 40	480*	3,01	358,7		
1837,79	19 22	600*	3,07	0,0		
Medium 1837,74			2,997	359,30		

* * *

Relatio haec cum motu indicato singulari modo convenit.

2173. ANONYMA. $\alpha = 17^h 21',6$. $\delta = -0^\circ 52$. P. 7. 294.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	
1837,70	$17^h 40'$	600*	Fortasse oblonga in directione proxime verticali sub angulo 353°. Sed hoc ex refractione ortum esse potest. Statim post τ Ophiuchi ex duabus sejunctis composita observatur.

2262. τ OPHIUCHI. $\alpha = 17^h 53',4$. $\delta = -8^\circ 10'$. P. 234. 295.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines
1837,70	$17^h 50'$	1000*	0",35	200°,8	4,5.5,5
			Stellas interdum disjunctas video.		

* * *

Angulus prorsum idem, qualem 1836 *observavi.*

2272. 70 *p* OPHIUCHI. $\alpha = 17^h 56',6$. $\delta = 2^\circ 33'$. P. 98. 295.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines	
1837,70	$18^h 0$	600*	6",17	128°,7		
1837,71	17 59	600*	6,10	128,5		
1837,73	18 5	600*	6,12	127,5		
1837,75	18 21	600*	6,22	127,5		
Medium 1837,72			6,152	128,05		

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines	

2084. ζ Herculis. $\alpha = 16^h 34', 8$. $\delta = 31° 55'$. P. 6. 293.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines	
1837,47	$14^h 30'$	800*	1,10"	177,0°		
1837,47	15 0	800*	1,06	176,0		
1837,47	15 30	1000*	1,07	178,1		
1837,85	19 28	800*	1,16	170,8		
1838,43	13 56	800*	1,00	168,0		
	14 0	800*		168,8		O. St.
1838,44	14 30	800*	0,97	168,5		
			1,12	169,3		O. St.
{ 1839,67	16 30		1,15	159,7		O. St. } Pulc. tub. mar.
	16 40		1,18	161,1		
Media 1837,47			1,097	175,47	ex 4 diebus	
1838,44			1,030	168,65	ex 2 diebus	
1839,67			1,165	160,40	ex 1 die	(Pulcoviae)

* * *

Curiositatis caussa subjunximus hic primam mensuram micrometricam in nova specula Pulcoviensi per tubum maximum, cujus apertura est 14 poll. Franc., institutam, cujus talis erat virtus, ut uterque nostrum fateretur, nunquam nobis antea mensuram hujus stellae difficillime duplicis tali acumine esse perfectam.

Mensurae hae anguli deminutionem continuam egregie probant, simul vero hypothesin revolutionis 14 annis perfectae nullam esse manifestant. Nec prius certi aliquid, ni fallor, de periodo constituetur, quam comes ad directionem 69°,3, qua ab Herschelio I. anno 1782 visa est, reverterit.

2107. Herculis 167. $\alpha = 16^h 44', 8$. $\delta = 28° 57'$. P. 23. 293.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines	
1837,70	$19^h 31$	600	1,04"	158,8°	7.8,5	
1837,73	18 28	600*	1,16	156,6		
1837,79	19 14	600	0,96	162,3		
Medium 1837,74			1,053	159,23		

* * *

Angulus hic incremento indicato favet.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines

2120. HERCULIS 210. $\alpha = 16^h 57',6$. $\delta = 28°20'$. P. 76. 293.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines
1837,70	19^h 37	600*	2″,91	359°,2	
1837,73	18 40	480*	3,01	358,7	
1837,79	19 22	600*	3,07	0,0	
Medium 1837,74			2,997	359,30	

* * *

Relatio haec cum motu indicato singulari modo convenit.

2173. ANONYMA. $\alpha = 17^h 21',6$. $\delta = -0°52$. P. 7. 294.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	
1837,70	$17^h 40'$	600*	Fortasse oblonga in directione proxime verticali sub angulo 353°. Sed hoc ex refractione ortum esse potest. Statim post τ Ophiuchi ex duabus sejunctis composita observatur.

2262. τ OPHIUCHI. $\alpha = 17^h 53',4$. $\delta = -8°10'$. P. 234. 295.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines
1837,70	$17^h 50'$	1000*	0″,35	200°,8	4,5.5,5
			Stellas interdum disjunctas video.		

* * *

Angulus prorsum idem, qualem 1836 *observavi.*

2272. 70 *p* OPHIUCHI. $\alpha = 17^h 56',6$. $\delta = 2°33'$. P. 98. 295.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines
1837,70	18^h 0	600*	6″,17	128°,7	
1837,71	17 59	600*	6,10	128,5	
1837,73	18 5	600*	6,12	127,5	
1837,75	18 21	600*	6,22	127,5	
Medium 1837,72			6,152	128,05	

Epocha.	Temp. sid.	Amplif.	Distant.	Angulus	Magnitudines
2281. 73 Ophiuchi. $\alpha = 18^h 0',8$. $\delta = 3^\circ 58'$. P. 24.					
1837,70	$18^h 12$	600*	$1'',55$	$259^\circ,3$	
1837,71	18 12	600*	1,41	258,1	
1837,73	18 15	600*	1,39	261,7	
1837,75	18 33	600*	1,44	260,2	
Medium 1837,72			1,447	259,82	

* * *

Priores tres mensurae pro 1831,05 *dederant distantiam* 1'',543 *et angulum* 259°,75.

Epocha.	Temp. sid.	Amplif.	Distant.	Angulus	Magnitudines
2580. 17 χ Cygni. $\alpha = 19^h 39',7$. $\delta = 33^\circ 21'$. P. 194. 297.					
1837,82	$23^h 5'$	480	$25'',71$ Stella major egregie flava.	$73^\circ,0$	
2585. ζ Sagittae. $\alpha = 19^h 41',2$. $\delta = 18^\circ 43'$. P. 161.					
1837,79	$19^h 45'$	480	$8'',78$	$313^\circ,8$	
2655. Anonyma. $\alpha = 20^h 6',8$. $\delta = 21^\circ 42'$. P. 100.					
1837,82	$22^h 7'$	600	$6'',09$	$1^\circ,5$	
2708. Anonyma. $\alpha = 20^h 32',0$. $\delta = 38^\circ 1'$. P. 162. 298.					
1837,82	$23^h 20'$	480	$12'',46$ Major egregie flava, minor caerulea.	$347^\circ,5$	

* * *

Formula motus approximativa, p. 162 *oblata, pro hac epocha offert distantiam* 12'',32 *et angulum* 347°,45, *proxime cum observatis eadem.*

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines
2725. Anonyma. $\alpha = 20^h 38',1.$ $\delta = 15°16'.$ P. 100.					
1837,73	$21^h 25$	480	4″,44	356°,5	
	*		*	*	

Pro 1829,80 *acceperam distantiam* = 4″,237 *et angulum* = 358°,03; *pro* 1821 *angulum* = 355°,9, *unde apparet in* 8 *vel* 16 *annis nil fere mutatum esse. Stella itaque haec p. CXXIII male illata est in numerum earum, in quibus motus esset probabilis, et angulum Herscheli I. justo minorem fuisse accipi debet.*

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines
2758. 61 Cygni. $\alpha = 20^h 59',0.$ $\delta = 37°54'.$ P. 169. 298.					
1837,63	$17^h 39'$	480*	16″,00	95°,2	
1837,75	18 52	480	15,98	95,65	
1837,75	18 49	480	15,76	95,5	
Medium 1837,71			15,913	95,45	
2760. Anonyma. $\alpha = 20^h 59',5.$ $\delta = 33°25'.$ P. 169. 299.					
1837,75	$19^h 9'$	480	12″,78	223°,7	
1837,75	19 4	480	12,89	224,5	
1837,82	23 29	480	12,63	223,8	
Medium 1837,77			12,767	224,00	
	*		*	*	

Ex formula distantiae mutatae p. 170 *oblata, pro hac epocha sequitur distantia* 12″,692 *ad* 0″,075 *conveniens.*

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines
2777. δ Equulei. $\alpha = 21^h 6',0.$ $\delta = 9°18'.$ P. 223. 299. CVIII.					
1837,73	$21^h 38'$	480	28″,32	36°,7	
1837,82	21 41	320	28,20	36,7	
Medium 1837,77			28,260	36,70	
	*		*	*	

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines

Ex hac relatione sequitur

differentia in Æ $a = +17'',114$ *in Decl.* $b = +22'',658$

quae ex formula p. CVIII evadunt $+17,119$ $+22,870$

Differentia 0, 005 0, 212.

2786. EQUULEI 27. $\alpha = 21^h 11',2.$ $\delta = 8°45'$. P. 55.

1837,82	$21^h 52'$	600	2'',27	185°,3	

*
* *

In 12 *annis inde ex* 1825 *nil fere in his stellis mutatum est.*

2900. 33 PEGASI. $\alpha = 22^h 15',3.$ $\delta = 19°58'$. P. 84. 300.

A et *B.*

1837,82	$23^h 55'$	480	2'',27	180°,1	

A et *C.*

1837,82	$0^h 0'$	320	57'',30	341°,25	

2917. $\alpha = 22^h 25',8.$ $\delta = 52°38'$. P. 101. 300.

1837,75	$19^h 22'$	480	4'',35	69°,7	
1837,75	19 15	480	4,31	70,8	
Medium 1837,75			4,330	70,25	

3019. ANONYMA. $\alpha = 23^h 21',7.$ $\delta = 4°19'$. P. 143.

1837,82	$23^h 44'$	480	10'',80	185°,4	

*
* *

Observatio haec cum prioribus collata manifestat, inde ex 1828 *per* 9 *annos relationem inter has stellas mutationis expertem fuisse.*

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines

3024. $\alpha = 23^h 23', 7.$ $\delta = 42^\circ 52'.$ P. 135.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines
1837,75	$19^h 42'$	480	4″,68	312°,4	
1837,75	19 37	480	4,95	312,6	
Medium 1837,75			4,815	312,50	

* * *

Relatio haec motui indicato favere videtur.

3062. Anonyma. $\alpha = 23^h 57', 1.$ $\delta = 57^\circ 28'.$ P. 9. 301.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines
1837,75	$19^h 35'$	800	0″,45	155°,9	
			Stellae interdum bene disjunctae.		
1837,75	19 27	800	0,60	159,3	
			Observatio haec multo melior quam hesterna. Stellae bene disjunctae.		
1837,85	20 2	800	0,42	158,5	
			Stellae bene disjunctae.		
Medium 1837,78			0,490	157,90	

* * *

Relatio haec a postrema anni 1836,61, *quae distantiam* $= 0'', 466$ *et angulum* $= 146^\circ, 38$ *obtulerat, suo differt sensu. Motus angularis inde ex* 1831,71 *per* 6,07 *annos est* $= 70^\circ, 4$ *observatus.*

3127. δ Herculis. $\alpha = 17^h 7', 8.$ $\delta = 25^\circ 3'.$ P. 195. 302. CIX.

Epocha	Temp. sid.	Amplif.	Distantia	Angulus	Magnitudines
1837,70	$19^h 50'$	480	24″,54	173°,95	
			Color viridis majoris egregius.		
1837,73	18 58	480	24,71	174,75	
1837,79	19 31	480	24,48	174,4	
Medium 1837,74			24,577	174,37	

* * *

Distantiam quotannis deminui, angulo leviter tantum mutato, etiam haec relatio cum prioribus collata arguit.

De parallaxi annua stellae α Lyrae.

